



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

69. In Festo S. Martini, tripart. Bonum certame[n] certavi, cursum consummavi, fide[m] servavi, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ.
2. ad Tim. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

Quid sit ambulare coram Deo

Perfectionis semita.

Auſtor vita l. 8. c. 18. & 21.

L. M. I.

sum ſcindat, & laborem multum natando exhauriat. Itaque hoc ſeculum quandoque flumini vel mari aſſimilatur, quod oportet magno labore tranſnatare, quandoque & via, in qua non oportet deſidem eſſe, ſed oportet ſemper ambulare. Et quidem ambulare oportet coram Domino, hoc eſt, in præſentia eius ſemper decet eſſe, illi ſe iungere, illi per omnia obſequi, cum eo colloqui & progredi eius opem implorare, ab eo extorere pendere, illi ſe committere, illi omnia referre.

Felices, qui ſemper coram Deo ſtant, vel ambulat, tanquam ſervi coram Domino ſuo, tanquam diſcipuli coram Magiſtro, tanquam milites coram Duce tanquam Filii coram Patre, tanquam miniſtri coram ſummo Principe, au ſummo ſacerdote, in illum unice figentes intuitu. Sic fecit S. Carolus, ſic & alios facere docuit. Vnde à quodam interrogatus, ut brevem perfectionis ſemitam ipſum edoceret, tria tantum dedit documenta. 1. Ut quotidie exiſtimaret ſe inchoare, ut eo ſcilicet fervore Deo quotidie ſerviret, ac ſi primum eo die inchoaret. 2. Ut coram Deo ſemper ambularet, cogitans ſe in eius eſſe præſentia. 3. Ut ad vigilaret, ut omnia opera ſua in Deum tenderent. Dicebat, verò animi generoſi eſſe in vita ſpiritu ſemper progredi, & majora agredi. Sic mercatores quotidie aliquid lucro adicere nituntur, hortulani quotidie agrum, pictores quotidie imaginem magis poliunt & perficiunt, quando magis debent virtuti quotidie aliquid adicere, qui ejuſ ſunt ſtudioſi, inquitabat ipſe? Propterea & ipſe nulli labori parcebat, nulli aſtutitati nulli afflictioni carniſ: gloria ducebat & lucro talibus immori. Quapropter paucis, ante mortem diebus in Varallum conſcendens montem, ubi in diverſis Capellis Stationes & Myſteria Dominiæ Paſſionis depicta viſuntur, poſt variâ corporis afflictiones octo horis orationi continue vacante deprehenſus eſt; in qua abſque dubio inſpiratione diviâ ſeſe ad mortem disponebat. Sic & in quadam epiſtola ad Archiepiſcopum Valentinum monentem ut ſibi parceret, nec nimis laboribus ac poenitentis vitam ſibi abbreviaret reſponſum hoc ei dedit: *Quod ſi etiam dum Eccleſia pro qua Chriſtus acerbiffimam mortem pertulit operaturatur, virtutum, quas debilitari, vita quam interire neceſſe eſt, iactura fiat, id verò maximi lucri ac emolumentis loco ponendum eſt. Nimiſ delicati hominis, nedum Epifcopi eſt, à muneris ſui, quo nullum amplius, nullum præſtantius eſt, adminiſtratione & cura, aut valedudinis ſtudio retardari, aut mortis formidine deterri. Hæc ipſe, ut reſertur c. 21. vitæ ejus c. 8.*

Quis igitur ex his non luce meridianâ clariùs videat, qualis fuerit Sacerdos S. Carolus, divina cum ſufcitante gratiâ ævo noſtro, ut cæteros & ipſe excitaret? Quis non agnoſcat, quàm fidelis fuerit Domino ſuo, quàm dignè ambulans coram Chriſto corde perfecto, in ſanctitate & juſtitia ſerviens coram ipſo omnibus diebus vitæ ſuæ, & inconformitate admirabili cum voluntate diviâ, in adverſis &

proſperis, in juventute & matura ætate, in vita & in morte? Certe potuit dicere cum Chriſto Patri æterno: *Quæ tibi placita ſunt, facio ſemper.* In poſtremo ſuo morbo, lamentantibus ejus deceſſum hiſ quibus præluxerat lux eximia ſanctitatis, totus licet fractus laboribus toto Sacerdotii ſui decurſu exanthlatis, tamen adhuc dicebat cum S. Martino: *Domine, ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non veſto laborem: ſi autem voluntas tua.* Quid certe aliud poterat dicere *ſi ſecundum cor Dei*, ad extremum uſque ſpiritum omnes ejus voluntates exquirens? Sed tandem ab illo ex hoc corporis ærumnoſo carcere evocatus, ſanctum ſuum ſpiritum in corde ſu tranſmiſit, adſpiciens fixiſſimè in piam agoniae ejus imaginem, lectuli ſui pedibus appenſam.

O Domine Ieſu Chriſte, Summe Sacerdos, Sacerdotumque & Paſtorum Moderator & Paſtor, ſufcita omni tempore in Eccleſia tua Sacerdotes & Paſtores fideles, qui juxta cor tuum & animam tuam facient, qui coram te ambulent dignè vocatione ſua. Sufcita Sacerdotes & Paſtores, qui Carolum imitentur opere & veritate, qui ejus veſtigiiſ inhæreant ſincera cordis devotione, cum zelo ſalutis animarum, quas tuo redemiſti ſanguine, & cum zelo ardenti gloriae tuae ubique propagandæ. Efficere, ut illi qui ſub ejus nomine, directione, protectione, congregantur, ſint ei domus fidelis, ſintque Filii haud degenerate, ut poſſint dignè populo tuo præfici, gregemque tuum præcedere, ante illum ingredi & egredi, tandemque in locum à te præparatum introducere. Hoc nobis concedas qui eſ benedictus in ſæcula, Amen.

IN FESTO S. MARTINI.

11. Nov. Lect. 68.

Bonum certamen certavi, curſum conſummaſi, ſtripatrem ſer vaſi, in reliquo repoſi. a eſt mihi corona juſtitia. 2. Tim. 4.

Vitam hominis Militiæ nomine crebrò in ſacris litteris deſignari, pernotum eſt. Sic diſertis verbis expreſſit Iob in veteri Teſtamento: *Militia eſt vita hominis ſuper terram.* Et ruſus: *Cunctis diebus quibus tunc milito, expeſto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, ego reſpondebo tibi.* Conformer Prophetæ: *Super cuſtodiam meam ſtabo, & ſiſgam gradum ſuper munitionem & contempſi labor, ut videam quid dicatur mihi, & quid reſpondeat arguentem me.* In novo quoque Teſtamento S. Paulus frequenter de hac militia agit in ſuis epiſtolis, declarans panopliam quâ debet eſſe adornatus miles Chriſtianus. Habeat ergo Spem, Galeam ſalutis, Scutum fidei, Loricam juſtitiae, Balteum veritatis Ocreas & Calceos militares, præparationem Evangelii pacis, Gladiû ſpiritus: Hiſ omnibus poterit eſſe tutus contra hoſtem, ignita ejus jacula haud verebitur, laureamque emerebitur. Propterea hortatur Timotheus: *Labora ſicut bonus miles.* 2. Tim. 2.

Homnis vita & Militia Iob. 7. Iob. 14. Abac. 2.



Christi Iesu. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat cui se probaverit. Nam & qui certat in agone, non corrumpitur, nisi legitime certaverit. Quia fortia pati Christianum est, & à seculi illamentis & involucris fecerere se, ideo hortatur Timotheum Militem & Ducem, ad fortia & dura patiendum, & ad sic se gerendum, ut Imperatoris qui eum delegit placere valeat, sicque ab eorum coronam accipere mereatur. Antea ei dixerat, ad idem exhortans: Tu verò scilicet iustitiam pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa certamen fidei, apprehende vitam æternam. Præmittit arma lucis, quibus contra tenebrarum Principes dimicatur; & ostendit lauream vitæ, ad quam certando ad spirandum est. Hoc verò certamen omnes Christianos concernit, quos Christus Dux supremus in suam militiam sub crucis vexillo evocavit, erucque signavit & auctoravit, ut fortiter certent usque ad mortem, vitæ tunc æternæ bravium adepturi. Quapropter dicebat S. Chrysostomus: *Quandoquidem semper Christiani exercitus diabolum Deo armati debellant. Tu Christiane de te actus er miles: si putas te posse sine pugna vincere, sine certamine triumphare. Exere vires, fortiter dimica, atrociter in prælio isto concerta. Considera partem; conditionem attende, malitiam noce. Partium quod spondisti, conditionem quæ accessisti, militiam cui nomen desisti. Ita ipse ser. de Martyr. tom. 2.*

1. Tim. 6

2. Tim. 4

Denique & ipse Apostolus Paulus militem se huius militiae agnoscens, in fine agonis approximantem cernens suo vertici coronam, dicit: Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi in illa die iustus Iudex. Quæ quidem magnanima verba optime conveniunt S. Martino eisdem cum Apostolo Paulo militiæ Duci. Et hæc pro themate proposuimus, quia ipse militis in Istar cathaphracti ubique de pingi solet, qui postquam miles fuisse sæculi, factus est miles cæli. Videamus ergo particularius, quomodo bonum certamen certaverit, quos hostes superaverit, qualiter cursum consummaverit, & coronam adeptus fuerit.

Tres hostes nobis jugiter adversantur, & continuus nobis adversus eos esse debet conflictus; in quo quidem conflictu non de victoria agitur ad tempus per duraturam, sed de æternitatis gloria aut pœna. Tres isti hostes vulgari sunt & agnati, in perniciem nostram conspirantes: Caro, Mundus, Dæmon; de quibus S. Martinus gloriosè triumphavit jam ab inveniēte ætate. Hoc explicemus particularius.

PARS I.
Quomodo
S. Marti-
nus contra
carnem
certavit.

Primus est Caro, & quidem semper hostis periculosissimus; quia domesticus hostis, non extraneus; quia hostis quem semper circumducimus nobiscum, & ab illo se parari non licet; quia hostis qui sub specie amicitie fallit, & sub blandimentis infidias tegit; quia hostis qui semper pugnat, nisi repugnes; & raro pugnat sine inflicto nobis vulnere aut nocimento. Ideo in hac pugna tremat Apostolus &

ingemiscit: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Quid faciet gregarius miles Rom. 7. si militum Dux ita ad hanc pugnam inhorrescit? Quid est, d. Apostole Christi, quod ita exclamas, qui animo infracto bellum indicere ausus es omni creatura asserans quòd nec cœlum, nec terra, nec infernus, nec alia creatura, nec gladius, nec mors, aut angustia te poterit superare, aut à Dei charitate separare? Quid ergo nunc talem tibi valet gemitum excutere, ut dicas: *Infelix ego homo!* Quid perferentis? Quid vereris? Sentio in membris meis, inquit, formidulose ipse, aliam legem, repugnantem legi mentis meæ. & caro, captivantem me in lege peccati. O durum! mirum! d. periculosum prælium! in aliis præliis unus est qui offendit, alter qui defendit: at in hoc adversatur homo sibi ipsi, homo interior exteriori. Quis poterit cavere à se ipso? à seipso quis poterit liberare? In aliis præliis quandoque cessatio est, quandoque dantur in ducia: at caro & spiritus semper sunt in acie, semper sibi adversantur, nec licet recedere. In aliis præliis certamen est de honore aut possessione facili; hic autem jacitur alta æternitatis, & conflictus est pro regno Dei, à quo in æternum oportet separari, si succumbas. Et quidem periculum grande est quia hostis fortis & efficacissime dimicans.

Quam fortis sit & periculosus, hostis, jam nos docuit in gemiscens Apostolus, qui & alibi animos resumere suo docet exemplo, dum dicit: *Sic pugno t. Cor. non quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, & in servitutem redigo, ne fricte cum aliis prædicavero, ipse reprobus efficiar.* Patet quoque efficacia huius pugne in S. Benedicto se per spinas & urticas certantissimè volutante, ne superetur à carnis in S. Francisco Be. contrarium dictum imitante, per nives se volutando frigidissimo tempore in S. Hieronimo noctes & dies in oratione perseverante, & à peccatoris tunitione cessante. Propterea etiam dixit S. Augustinus: *Inter prælia Christianorum sola dura sunt prælia castitatis, ubi continua est pugna, & rara victoria.* Satis etiam ostendunt suo exemplo, inter fortes Samson, inter sapientes Salomon, inter sanctos Reges David, quàm hic periculosum sit prælium. Ideo omnes horum exemplo commonet S. Hieronymus de evitandis occasionebus, & illecebris quæ hic succumbere faciunt, ajens: *Nec Samson fortior, nec Davide sanctior, nec Salomone potes esse sapientior.*

Hunc porò hostem superavit S. Martinus, jam ab adolescentiâ, Sed quod magis mirum est, superavit hunc hostem agens in militari vita, quæ vefania libidinis licentiose facit voluptati carnis laxat fræna. Duo certè incentiva sunt Veneris, Adolefcentia & Militia, quia cum militia affinitatem habent. De adolescentiâ quidem testatur S. Ambrosius lib. de viduis sic pronuncians: *Vicina est lapsibus adolescentiæ; quia variorum cupiditatum a plus fervore calentis inflammatur aratis.* De Militiâ autem sic loquitur Valerius Maximus l. 2. *Aspero castigatioris*

stentis generis disciplina eget in litariis, quia vires armis constant, que ubi a recto itinere deservenerunt, oppressura sunt, nisi opprimantur. Nimis experientia notum est, quomodo inter milites viget & nihil pendatur non solum liberæ fornicationes, sed etiam violenta supra & adulteria virginum & maritarum corrupeat. Quia apud eos impunitas fit insolentia mater, radix impudentia, transgressionis nutrit; militarique libertas in fanaticam degenerat libertatem, qua non solum pietas & castitas sed sacra omnino omnia concuuntur, & profanantur inauditis sacrilegiis: Expertus loquor, quia dum hæc scribo, cum in carcere reminisci cogor recentium sacrilegiorum in sacras personas, ac in ipsam sacratissimam Eucharistiam inaudita impuditionem pertransseunt. Equidem à milite pertransseunt, sed vestigialictus, non solum in agris, atetiam in locis sacris relinquente, & quidem in oculis Ducum & Tribunalium fidem Catholicam profitentium. In libro Regum dicitur: *Egressi sunt ad præludandum tres eunus Philistinorum.* Alia lectio habet: *Egressi sunt ad prædandum.* Textus autem Græcus & Hebræa Paraphrasis sonat: *Egressi sunt ad violandum & corrupendum.* Quid aliud diversa hæc lectio nobis insinuat, nisi quod plerique è militibus & præliatoribus sunt latrones & prædones violatores & corruptores? Vitam hoc verum non foret, de his qui militia abscribuntur sub Ducibus Catholicis? Sed cheu! Non tanta flagitia dedecora olim designabantur à milite infidelis sub ducibus ethnicis, militari tunc disciplina intra limites rationis milites coarctante & dirigente, quam modo ab his qui fidem profitentur.

Miles ergo fuit, Martinus, sed miles innocens: adornatus baltheo, & præcinctus castitatis cingulo. Ne autem militia Cæsaris (cui occasione Tribunitia potestatis Patri suo delatæ adscriptus fuerat) iandem cum in pericula peccati pertraheret, & pelliceret in occasiones carnis: deseruit eam, ut nomen daret altiori militia, inferiori optavit statui clericali sub disciplina & directione S. Hilarij Pictavensis: iteopti, ut petere dicitur militare diseret sub vexillo Christi, & Regis Crucifixi. Quamquam tali Directore & Duce profectus in fides declaravit. Hostem autem hunc, quem primo loco collocandum & nominandum censimus, hoc est Carnem ut à juventute expugnaret & sibi subjugaret, caput domate sejunxit, vigilijs cunctis, cacham: eunia, sive humi cubatione omniæque austeritate. Et in hoc quidem rigore perseveravit ad senectam usq; & finem vitæ, nam & mortuoluit in cinere & cinere. Dicebat ipse moriens: *Non dico Christiani nisi in cinere & cinere mori.* Quæ similitudo S. Carolus Borromæus sibi proximus, voluit sibi induci cinerem sacro cinere conspersum. Ad tantam autem calliditate pergit perfectionem hac carnis maceratione & vitæ austeritate, ut summa quæ dâ puritas

post mortem in carne ejus resurgeret, luci aut gemæ similis; adeo ut cereretur specimen & initiis quoddam futuræ resurrectionis dote claritatis. Nemo judicaret corpus illud sordidumquam obiectum fuisse cilicio. Testis est Sulpicius in vita ejus.

Ob hanc castitatem meruit eius anima innocens mox à morte ab angelis suavissimo concetu deduci, pro ut audivit S. Severinus Colonienis Episcopus, in oratione Colonie agens, dum Martinus Turonis ex hoc emigraret sæculo. Quod & aliis revelatum fuit eodem ipsa hora. Propter singularem ingitur pugnam & victoriam contra carnem spiritui insidiantem, non dubitamus illum accensere his qui cum mulieribus non sunt coinguinati, & qui virginibus sunt sequuntur Agnum quocumque ierit, cum speciali gloria cantantes canticum novum. O utinam in hoc belli genere imitentur multi vitum hunc sacratissimum quem sibi nominant Patronum Vitam fugiant ejus exemplo ad adolescentia occasiones lubricatis, cogitationes impuras, verba impudica, tactus salaces, quibus Satã primævâ implicans ætatem, tandem perducit ad perniciem, quia de plerique verum est illud: *Ossa ejus implebuntur viris adolescentia eius, & cum sora pulvere dormit.* Bonum itaque certamen Martinus contra hunc hostem periculosissimum certavit, sive exitus adhuc in militia sæculi, sive agens in militia Dei & id quidem ab ætate tenera, ut nemo cuiuslibet status preterat sibi impossibilem castitatem.

Secundus hostis est *Mundus*, qui etiam variè pugnat contra electos. Conatur enim eos detinere in tenebris ignorantie & infidelitatis, aut in caligine variæ cupiditatis, & perverſe manufactis. Genitus erat Martinus in infidelitate, & partibus infidelibus sed divini luminis radio illucescente simul cum ætate cum decimum annum attigisset in vitis parentibus ad Leicetiam confugiens, in Catechumenorum numerum adscribi voluit; tandem decem & octo annos natus baptismo lustatus est. Idem de S. Martino dicere possumus, quod S. Ambrosius dicebat de nonnullis catechumenis se se ad Martyrii offerentibus: *In Religionis principia sunt consummati & nondum sibi Deo legibus pleni manifestati; iam erant Deo pleni. Atq; ita perventura ad caelos turris mormerunt prius elevare fastigia quam disponerent fundamentum. Nondum sacramentorum consecrati in sacrificium sunt electi.* Ita Ambrosius, de S. Nazario; Idem convenit, Martino, quem adhuc catechumenum laudat Dominus, quasi militem perfectum. Nihil ergo hic Mundus contra eum potuit, nihil parentes relinquentes; non enim acquievit carni & sanguini, sed divine vocationi. Vocante Oriente, non attendit ad Occidentem, sed renuncians Mundo & eius operibus immundis, Christo adhaesit, eiusque fidem hemissimè est amplexus. Quapropter in ipso verum 2. Joana. esse certimus illud: *Omne quod natum est ex Deo vincit.*

1. Reg. 13.

Sulpit. in vita.

Apost. 14.

PARS III. Quomodo S. Martinus contra mundum certavit.

2. Joana.

vincit mundum, hæc est victoria qua vincit mundum; fides nostra. Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit mundum IESVS est filius Dei? Si scilicet fide viva credat, iam mundum contemnit & mundana, omniaque superat salutis impedimenta à quibuscunque obiecta, etiam à parentibus qui cum mundo genenerunt & sæculo, qui adillum solum attendit qui cum genuit cœlo. Sic poterat dicere S. Martinus quod olim Cellus puer ad Martyrium procedens dicebat, reluctans & fluentibus parentibus suis infidelibus: De spinis rosa nascuntur, nec rosa nata de spinis odorem suavisimum, nec frutex spinosus, qui rosas odorantes genuit, amittit aciem. Vos ergo parentes mei spinas estis, vestrum est pungere, pergit ut consuevisse, me autem rose odorantem permittite credentibus exhalare, vobis obediunt qui perire parati sunt, me imitantur qui de tenebris ad lucem venire contendunt. Ego pro Christo vos parentes abnegos, non possum in vos pius esse, & in me crudelis.

Postmodum Martinus parentum miserandam & plorandam sortem, & infidelitatis cœcitatem quâ detinebatur, adit Panoniam, ut verbo & zelo, si fieri Posset, eos ad Christi lucem & fidem traderet. Nec ex toto irritus fuit ejus conatus, aut sine fructu arreptum iter Martem ex ignito exhortationis sanctæ eloquio perduxit ad veritatis agnitionem, & Christi amorem. Pater vero rebellis luminis, suasque adamâs tenebras, in infidelitate permâlit obstinatus. Mirum sane, quod vir sanctissimus & à Deo tot miraculis decoratus totq; animarum conversione Orbis illustris, non potuerit proprium parentem à perditionis via revocare. Vnde hic postumus merito cum Apostolo exlamare: O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia ejus. & investigabiles viæ ejus! possumus & illud Domini lobo olim propositum remorare, & hic rursus proponere: Indica mihi, si nosti omnia, in qua via lux habitat, & tenebrarum quis locus sit: ut dicat unumquodq; ad terminos suos, & intelligat semitas domus ejus. Ecce filius in luce agit, & lucis eiusdem matrem facit participem. Ecce pater in tenebris hæret, & per tenebras, per interioris animi, ad æternas ruit Erebi. Dic mihi, cur potius Mater lucem adspicit, quam Pater, cum eadem lucis via utrique proponatur? O admirabile iudicium Dei! Filius æternæ gloriæ gaudiis perfruitur, æternæque laude Deum suum exultat: Pater æternum Deo maledicit in flammis, maledicit & creaturis. O investigabiles viæ Domini, & incomprehensibiles semitæ domus ejus, dum hunc reprobat, illum prædestinat, & unumquemque ducta à terminis suos secundum merita, vel æmerrita!

S. Martinus

Rom. 11.

ob. 38.

S. Martinus omnem concupiscentiam vitæ

in concupiscentia oculorum, sive illam quæ consistit in superbia vitæ. Hæ sunt tres segitæ, quas mundus solet figere in corda eorum quos superat. Vincit enim cor per voluptates, divitias, honores, hoc est, per horum concupiscentiam. At Martinus bonum & hic certamen certavit, fidemque Deo servavit, sive dum adhuc ageret in militia sæculi, sive dum secutus est militiam cœli. Utrobique enim divitiis contempsit, carumque cupiditatem animo suo dominari haud permisit. In militia enim sæculi, nemine concutebat, nemini calûniâ iacerabat quod rarissimum est viris militaribus: sed suo contentus stipendio, etiam illud solum retinebat quod victui necessarium videbatur, reliquum in pauperes animo libero & liberaliter erogabat. Notum est quod ei contigit Ambiani, Christo in specie pauperis ab eo stipem petente Merito de eo canimus: Dispersisti divitiis pauperibus iustitia eius manet in sæculi sæculi. Sed si à Domino laudatus est ob misericordiâ, cû adhuc recenter sacris Christianis initiatus foret necdum baptizatus, sed adhuc Catechumenus, certe postmodum nõ defecit, quia tota ejus vita liberalitatis effulset exemplis. Hæc quantum ad divitias, & eorum cupiditates subjugatas.

Esai. 111.

Humilitatis

Eccl. 1.

Luc. 14.

Quod attinet ad honores, nec eas secutus est in sæculo, aut in clero sed tota mentis humilitate & animi demissione servitute coram Deo & hominibus jugiter est professus. Non potuerunt honorum retia ejus pedes vel alas implicare, quo minus in cœlum vel curreret, vel volaret. Si Episcopale dignitatem adeptus est, non quasi vixit, ad eam à Deo vocatus est, & à clero ac populo renitens assumptus. Sciebat illud Apostoli: Nemo sibi sumit honorem, sed qui à Deo vocatur tanquam Aaron. Vita ejus inlar Virgæ Aronice effulsit fronde, flore, fructu virtutis, & hoc iudicio à Deo tanquam idoneus ad pontificiam dignitatem est designatus. Non ipse per se ipsum illuc ascendit, sed ille posuit eum super Candelabrum, qui ipsum ut lucernam accendit. Nõ dicebat ut lateret sub medio: positus est in medio ut luceret omnibus qui in domo sunt, imo & illis qui extra domum sunt, ut ad domum veniret, hoc est infidelibus, ut ad Ecclesiam properarent talis lucernæ invitati fulgore.

Sed licet in medio positus foret à Domino ad lucendum in Candelabro, agulos tamen requirebat, ut in humilitate lateret & cinere. In nidulo suo, in statu tranquillo vivere & mori peroptabat, ut quasi Phœnix de cinere in novam vitam exurgeret, & multiplicaret dies suos in æternitate. Propterea locum rigoris & humilitatis elegit in monasterio edificato in solitudine frequenter commorabatur cum octuaginta Religiosis agens, qui animas suas Deo ibidem devoverant, relicto mundo & eius ru multa, ac inquietis a marisque fluctibus, poterat idem dicere quod S. Anselmus, olim Abbas Becensis, postmodum Archiepiscopus Cantuariensis. Sic ut Bubo dum in caverna sua cû pullis est & latatur, & quodammodo sibi bene est; dum verò inter corvus &

cornicula seu alia aves est, incuratur & dilaniatur, & sibi male est, quia rostro hic percussit, illa unguibus disersit: ita & mihi. Quando cum Monachis, meis scilicet filiis, conversari queo, mihi bene est, & consolatio non deest, quando vero inter seculares versor, hinc inde variè incuror & dilaceror, & me que non amo secularia negotia vexant, animæ meæ dispendium perimisco. Ita ipse.

In hoc quoque S. Martinus perfectè mundum vincit, quod vanam eius gloriam penitus contempnit & conculcavit. Etiam miraculis insidiantem vanitatem & gloriam diligentissimè cavet. Propterea catechumenum quemdam mortuum suscitaturus; jubet omnes egredi, inquit, Eliaz super cubili collocato puero incubuit, & hunc vitam emittit ei rursus inspiravit. Vide in eius vita apud Ribadeneiram, & alios plura.

Lib. similit., c. 187.

PARS III. **Quomodo contra diabolum certavit & vicerit.** Tertius Hostis est *Dæmon*. Ipse semper vigilans in pernicio hominis (quia in eius locum homo ad gloriam à Deo est electus) omnes artes impendit, ut cum impediatur à beatitudine consequenda. Hostile ergo odium quod in Deum primitus concepit, quia ab ipso è cælo exturbatus in abyssum est relegatus, in hominem effundit, ut sic de Deo quodammodo se vindicet. eum in sua lædens creatura & imagine. De hoc hostili odio Dæmonis in hominem, multa alibi fusè à nobis dicta sunt, ideo supercedo, brevitati consulens.

Hoc solum hic cum S. Gregorius libr. 24. moral. advertendum, Dæmonem hominem maxime invadere tertio durante vitæ; in initio scilicet conversionis, in medio probationis, in termino consummationis. Primo quidem in conversionis initio omnia objicit impedimenta quæ potest, ut deterreat hominem à via veritatis & pietatis. Propterea monebat Sapiens: *Fili accedens ad servitium Dei sta in timore, & prepara animam tuam ad tentationem.* Quisquis in melius vitam mutare resolvit, Satanæ hostilitatem violentius experitur necesse est. Sic fortius Pharaon persequitur Israel, cum videt se deserui; & Laban Jacob, cum videt domum suam relinquere. In filiis Israel notissimum est, quod obstacula reperirent, dum Egypto egredi volunt. Non solum Pharaon insequitur, sed etiam mare, sitis, egestas, serpentes, & mille alie difficultates sese opponunt. Sic his qui volunt pie vivere, multiplicem molitur Satanæ persecutionem, tum per se ipsum, tum per carnem & mundum, subsidiarios suos milites. Ab hac persecutione exemptus non fuit S. Martinus, cui jam viam servitutis Dei ambulanti in fortitudine & fervore animi, multa Satanæ objicit impedimenta; cumque animos ei infringere non valeret, quodam die occurrit, & dixit: *Quomodo tu, ego tibi adversabor.* Quid verò re-
vis frigeri.

Spondit Martinus? Invidum exferens animum, dixit fidenter & fortiter: *Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos.* Sic frege audaciam hostis malignè insidiantis; & diffidentiam vel desperationem eum adducere molientis. Subtiliter Hugo Cardinalis explicans illud: *Stabat Satan à dextris eius, ut adversare.* Zach. 3. *enri, sic ait: Diabolus est à sinistris, ille quos persequitur in temporalibus; à dextris, quos in spiritualibus ante faciem qui versutiar ejus cavet; à ergo qui non prævident: supra quos conculcat; infra & sub pedibus, qui eum conculcant.* Sic S. Martino sub pedibus fuit.

Secundo tentare dicitur hominem in medio probationis; quia non solum inchoantes bonum sed etiam proficientes divexat & perfectos. Illos quidem ad teporem conatur traducere, fastidio que obruere, vel etiam indiscreto fervore ad ea quæ vires superant extimulare. Hos autem multis agit modis, ut pacem & tranquillitatem conscientie perturbet; aut etiam transfigurat se in Angelum lucis, ut in errorem inducat. Variis id exemplis alibi à nobis ostensum est. Contigit verò id ipsum S. Martino, cui cum omnes, alie insidie Satanæ haud nocerent, fraude antiqua cum conatus est decipere. Apparuit nimirum ei in figura Christi IESV tanquam Regis purpurati & coronæ radiante redimiti, ut sic ab eo adoraretur, & pravis irretiretur consiliis. Sed agnovit mox Vir Sanctus fraudem antiqui veteratoris, sub specie lucis tenebras regentis, sub specie boni animas decipientis, & ad mala illectantis. Audi igitur, quid responderit: *Do-*

In medio probationis

minus Iesus Christus non purpuratum, aut diademate gemmisque retinentem, venturum se prædixit: ideoque Christum non agnosco, nisi & agnoscam stigmata corpori eius pro me insista, spineamque coronam, quæ mihi gloriosam voluit comparare. His auditis, consultus illudor disparuit, & in fumum abiit, sed tali putore & foetore in orantis cellula relicto, ut facile agnosci posset quis ille fuisset, quem regia tegebat purpura fraudulenter, quidve prætenderet. Sperabat nimirum sic Martinum decipere, quomodo olim Valentem Monachum, fingens enim Christum, apparuit ei cinctus mille Angelis lampades & totam igneam circumferentibus. Cui unus ex illis: *Christus dilexisti tuam vivendi libertatem & confidentiam, ideo venit ad te, ut videat te, egredere, adora eum.* Egredus est, & pro Christo Dæmonem adoravit, factusque est adeo emoræ mentis, ut ingressus Ecclesiam diceret: *Ego non habeo opus communionem, Christum ego vidi hodie.* Quare Patres vixerunt eum, & in compedes iniecerunt. Hoc est dæmonium meridianum, quod iustus quandoque infectat. Contra illud hanc doctrinam tradebant Senio. *Licet Angelus in veritate tibi appareret, non facile suscipias, sed humilitate, dicens:*

Quomodo Diabolus S. Martino appareret

Palla. c. 21. hist. Laus.

Lib. doct. Pat. de hum. c. 43. Non



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Non sum dignus Angelum videre vivens in peccatis. Sic in libro doctrinae Patrum legimus, cuidam apparuisse Dæmonem instar Angeli, & dixisse: Ego sum Angelus Gabriel missus ad te. Ipse verò respondit: Vide ne ad alium missus sis; ego enim non sum dignus ad quem Angelus mittatur. Hac humilitate victus Diabolus, mox disparuit. Rursus cuidam alteri apprensus cum gloria dicebat: Ego sum Christus. Ille verò oculos clauderebat: Interrogatus est, Cur Christo oculos claudis? Respondit: Ego Christum nolo videre in hac vita, sed in alia. Sic illusus fuit illusor, & abscessit in gloria.

^{3.} In termino no consummationis, live in fine vitæ, viresque omnes exierit in isto postremo certamine, in quo agitur de victoria finali, & de æternitate vite.

^{Apo. 12.} Tunc verum est illud: *Væ, quia descendit Diabolus, magnam iram habens, sciens quia modicum tempus habet.* Cum enim ultima hora sit, in qua de irrevocabili animæ salute vel perditione agitur, coram cœffundit, iram & violentiam, ut in errorem vel peccatum inducat, quia modicum tempus habet. Ideo multi, qui generosè aliàs decertant, hic succumbunt. Nec unicus solum Dæmon tunc impugnat, seu multi concurrere solent, ut tanto fortior sit pugna, & certior victoria. Tunc potest anima dicere cum Propheta: *Circumdedermi me sicut apes;* quia multi Dæmones tunc animam premunt, & velut apes aculeatæ, uniusquisque per suggestionem peccati aculeum conatur inficere.

Hoc certamen non defuit S. Martino, quamvis inane fuerit, & sine viribus, ob animæ eius innocentiam. Hac fretus innocentia, cum jam instante morte hunc humani generis hostem iuracum juxta se in tueretur, sic eum contempnim est allocutus: *quid hic adhas cruenta bestia? Nihil in me funestè reperies.* Atque ea in voce, unum & octoginta annos natus, animam Deo reddidit inter manus Angelorum divinas laudes decantantium. Sic de eo verificatum est illud: *Non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta.* O virum infatigatum & securum, live in vita, live in morte! O virum ineffabilem, nec labore victum, nec mortale vincendum, qui nec mortimuit, nec vivere recusavit! Illud enim consideratione dignum est, quod tanta securitate hostem in illa hora aggreditur, in qua plerique trepidant. Illud quoque non minus, quod in mortali vita diutius permanere paratus sit patiendo & laborando is qui certus erat de appropinquante verticis suo corona gloriosæ. Cum enim discipuli lectulum moribundi cingentes cum lachrymis dicerent: *Cur nos Pater deseris, aut cui nos desolatos relinquis? Invidens enim gregem tuum lupi rapaces ipse manibus, voce, oculis in cœlum intentus, invictum ab oratione spiritum non relaxans, dicebat Domino: si adhas populo tuo sum necessa-*

^{Psal. 126.}

rius non recuso laborem, fiat voluntas tua. O ineffabilem charitatem, & sanctissimam animam! Acerbam hic vitam ducebat, in siti, frigore, nuditate, curis & angustiis; acerbam tamen vitam istam prolongare paratus est. Quis meritoriam nem habens multarum meritorum copias referens, cum licet jam ad portum appellere, & quiescere cum securitate, adhuc in mari navigare, & fluctibus amarum agitari cupit? Quis miles cupit ultra cum sudoribus & periculis confingere, cum jam coronari datur, & in regia aula cum ipso Rege trophæa celebrare? Propterea de hoc Martini zelo infatigabili, & charitate singulari agens S. Bernardus, sic eum alloquitur: *Dum dicitis, non recuso laborem, obtulisti plantè Isaac unicuique quem diligis: immolasti singulare gaudium tuum pia devotione, paratus iterum redire in periculis, innovare certamina, sustinere tribulationem, prolongare tentationem, disferri ab illa felicis societate tam desiderata beatorum spirituum, & in huius mortalitatis erumnas ab ipso introitu gloria revocari, & quod maximum à Christo tuo peregrinari, si voluisset. Dicere itaque poterat Martinus cum Platone: Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum, si ve manere in carne, live dissolvi, & esse cum Christo, quod ipsum didicerat ab Apostolo, Magna certata hic resignatio, charitas, & obedientia magna. Quam ulterius amplificans S. Bernardus, sic de eum alloquitur SS. Angelos: *Magna obedientia vestra, S. Gregor, o Angeli sancti, sed quod dicere audeam pace vestra, Turco, nescio an inveniat in vobis quisquam paratus in huiusmodi tale aliquando ministerium mitti, in quo non videat faciem Patris Magnam esse, & Patre, quod secum Dominum omnia reliquisti, sed audivi te in monte transfigurationis dicentem: Domine, bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula. Non est hoc. Si adhas populo sum necessarius, non recuso laborem.* Hæc S. Bern.*

De S. Salvio Abbate legimus, post peractam in magna austeritate vitam, ad aliam emigrasse, relicto in animis Monachorum suorum magno sui desiderio. Mane igitur præparato fueris officio corpus moveri cepit in feretro, & ecce quasi de somno gravi suscitatus excutitur, apertisque oculis, & manibus in cœlum sublatis, ait: *O Domine misericors, quid fecisti mihi, ut in hunc tenebrosam humane habitationis locum redire permitteres, cum mihi melior esset in celo tua misericordia, quam sæculi vita nequissima. Stupentibus omnibus surgit de feretro, & triduo postquam sine cibo & potu permanisset, convocat suos, & exponit quid in cœlo viderit, & quam suavitatem perecepit in societate Angelorum, Martyrum & Confessorum; & quomodo gloriæ delicias gustando, agnovit quam verum sit illud Salomonis: *Omnia vanitas.* Interim addebat se audivisse vocem dicentem: *Revertatur hic in sæculum, quoniam necessarius est Ecclesie nostræ.* Et ego, inquit, prostratus cum lecto dicebam: *Benè, benè Domine, cum mihi hæc ostendit.**

^{Ber. serm. de S. Mart. 11mo.}

^{Psal. 137.}

ostendisti, si fraudandus eram? Ecce ejicis me à facie tua, ut revertar ad sæculum fragile; deprecor uti permittas me hic habitare, ne illuc peream; nec auferas misericordiam tuam à me. Tunc vox, quæ antea loquebatur, dixit: Vade in pace; ego enim sum custos tuus, donec huc reducam te. Hæc S. Salvius.

At S. Martinus ulterò se offert ad permanendum in sæculo, non disputat de periculo, sciens cui credidit, & quomodo potens est depositum suum servare in illum diem justis & misericors Dominus. Deponit ergo animam suam & salutem in manu Domini perfectæ resignatione, certus quod hæc resignatio facta ad eius gloriam, non possit fraudari eius divini bonitate.

Ex dictis igitur satis elucescit, quomodo S. Martinus bonum certamen certavit, cursum consummavit, fidem servavit, & coronam justitiæ merito adeptus sit, sive pro certamine contra carnem & concupiscentiam, sive pro pugna contra mundum & eius vanitatem, sive pro conflictu contra hostem communem, quem toties superavit ejiciens è humanis corporibus. Atque ejus vita non nisi continuus fuit cum vigili hoste conflictus, quem in fine persummedit, & nunc æternum de eo trophæa referre, nobis exemplum præbens certandi, sicum eo volumus coronari.

Conclusio. Imperare nobis Domine, hanc gratiam meritis & intercessione S. Martini, ut valeamus decetare feliciter sub vexillo crucis tuæ, contra carnem & sanguinem, contra mundum & errorem, contra peccatum & dæmonem, ut lorica justitiæ, baltheo veritatis & castitatis, galea salutis induci, possimus illum contemnere & calcare; tandemque in agone ultimo ita vincere, ut ad justitiæ coronam, cursu consummato, fide conservata, perseverantiaque infracta valeamus pettingere.

Appendix HISTORIA MEMORATV DIGNA, QVA sanctitate S. Martini, circa Alpes & Sabaudie Ducatum, Deus voluit illustrem fieri.

S Martinus cum paucis comitibus Roma veniens optabat orare in loco, in quo multa Martyrum milia, Duce Maurilio, sanguinem preciosum fuderant. Ideo Agannum venit, & oratione completa, à Monachis qui tunc locum possidebant, aliquid de reliquiis horum Martyrum, sibi donari devotè petiit. Hi illum non agnoscentes, renuerunt dare; non fortè charitatis fonte in eis exhausto, sed ne homini incognito tanti thesauri partem dantes, offensam incurrerent. Maximè autem Deo hanc repulsum permittebat ut Solem istum, paupertatis amicum cilio, revelaret, atque ejus radios per regionis istius spacia diffunderet, quantusque foret Martinus, ibidem illucesseret. Ipse igitur patientiam hæc in repulsa amplectens, ad divinum more suo se contulit præsidium, & ab incolis locum saltem roseo hoc cruce purpuratum sibi ostendi obtinuit. Vbi flexis corde & genibus, Dominatorem terræ & mortis oravit, ut qui in die

novissimo totam hominis reparaturus est substantiam, ita ut nec capillus pereat, aliquid ex sanguine militum suorum pro nominis sui gloria illic effuso & absorpto, de abyssis terræ dignaretur ad suum & Martyrum suorum honore refundere. Deinde una manu cultello, altera virentis graminis coma apprehensa, mox in gyro in modum coronæ cespitem incidit. Mirum dictu. Densus ab ipso cespite copiosi sanguinis imber distillare cepit. De quo S. Martinus, quantum divina largitas contulit, magna veneratione & gratiarum actione suscipiens, per vascula ad hoc disposita dispersit, & redium cum lætitia maturans, cum suis iter arripuit. Sed ut electus Dei Pontifex appareret occulta quadam vi prohibitus progredi non potuit, donec inspiratione secreta voluntatem Dei intelligens, Agannum reversus est, & quod gestum fuerat, retulit, Monachisque aperuit quis foret ipse, redarguens eos ob illiberalitatem & repulsum. Data ergo eis parte sanguinis cœlitus adepti & relicto ibidem cultello quo cespitem præciderat, eos participes effecit tantæ benedictionis. His igitur tremefactis, & culpam fatentibus, omniaque ei sua in partem proponentibus, valedixit, dicens sibi sufficere quod à Deo donatum erat. Sic ad Vrbem Turonensem rediit, ubi maximo Clerici & Civium applausu cum processione susceptus, ipsum quem deserebat sanguinem per vascula divisum locis quibus judicavit congruum, devotè imperiit. Non solum Metropolitanam suam Ecclesiam, sed etiam Andegavensem, tanti pignoris parte nobilitans, in honorem Mauriti, & sociorum consecravit. Huius susceptionis memoria solemniter quotannis agitur 4. Idus Maii. In tantum autem dictorum Thebæorum sanguinem veneratus est S. Martinus ut ampullam illius secum perenniter retineret, & in locum requiectionis suæ post mortem reponi præciperet. Hæc ex epistola Decani, & Canonico totum Caftri novi in Galliis, ad Archiepiscopum Coloniensem Philippum.

IN FESTO PRÆSENTAT. B.M.V.
Adducuntur Regi Virgines post eam, in latitia & exultatione, &c. Psal. 44.

In quæstionem venit apud Theologos, An B. Virgo prima fuerit, quæ virginitatem servavit? Ratio dubitandi, aut id inquirendi est, quia in veteri Lege fecunditas in honore erat, & felicitas in fecunditate constituebatur. Hinc generationi hebræorum omnes studebant, Deoque chari censebantur, qui prolibus copiosi erant. *Proxorua sicut vitis abundans filii sui sicut novellæ olivarum in circuitu mense tue. Beatus es, & bene tibi erit. Præterea dictum fuit. Non erit apud te sterilis utriusque sexus. Quibus quidem verbis non est præceptum de coniugio, est tamen felicitatis cuiusdam in liberorum procreatione promissio. At propterea passim appetebatur coniugium, & sterilitas deplorabatur. Hæc est enim causa sterilitatis Lephte, deplorantis virginitatē suā duobus mensi-*

Savius 22. Septemb.

21. Nov. Lect. 69. tripartita. Pars I. Ann. v. prima virginitatem reverit, & quando. Psal. 27. Dent. 17.

Iudic. 31.